# HIC EST
## IOHANNES EUAN

gelista unus ex discipu
lis dī qui uirgo est electus
a dō. quem de nuptiis uo
lentem nubere uocauit ds̄
cui uirginitatis in hoc du
plex testimonium in euan
gelio datur. quod et p̄ ceteris
dilectus a dō dicitur. et huic
matrem suam de cruce com
mendauit dn̄s. ut uirginem
uirgo seruaret. Denique mani
festans in euangelio quod erat
ipse incorruptibilis uerbi
opus inchoans solus uerbū
carnem factum esse. nec lum̄
a tenebris conprehensum fu
isse testatur. Primum sig
num ponens quod in nuptiis
fecit dn̄s. ut ostendens quod
erat ipse legentibus demon
straret. quod ubi dn̄s inui
tatus deficere nuptiarum
uinum debeat. ut et ueterib.
inmutatis noua omnia quae
a xp̄o instituuntur appareant.

De quo singula quaeque in mys
terio acta uel dicta euangelii
ratio quaerentibus demon
strat. hoc autem euangelium
scripsit in asia. postea quam
in pathmos insula apocalyp
sin scripserat. ut cui in prin
cipio canonis incorruptibile
principium in genesi. et ei
incorruptibilis finis per uir
ginem in apocalypsi redderetur
Dicente xp̄o. Ego sum alfa et ω.
Et hic est iohannes qui sciens
superuenisse diem recessus sui
conuocatis discipulis suis in
epheso. per multa signorum
experimenta promens xp̄m
Discendens in defossum sepul
turae suae locum facta orati
one positus est ad patres suos.
tam extraneus a dolore mor
tis. quam a corruptione car
nis inuenitur alienus. qui et
si post omnes euangelium
scripsisse dicitur. tamen dis
positione canonis ordinati
post matheum ponitur. quō
quae in dō nouissima sunt.

35
124

83.MB.65.124

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG

HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen

Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation

Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991

The J. Paul Getty Museum, Los Angeles, Ms. Ludwig II 1
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/getty_msludwigII1/0251